

nostras cartulas, quas ad Imperatorem pro salvatione nostrae Patriae consueveramus transmittere et ad magnam utilitatem erant receptae, et pro nihilo eas habebant. Nunc autem omnes pariter hoc malum emendare decrevimus, et statuentes statuimus, ut nullus Veneticus epistola de Longobardia, neque de Bajovaria, neque de Saxonia, neque de nullis aliis locis jam ultra Constantinopolim portare praesumat, non ad Imperatorem, nec ad ullum alium graecum hominem, nisi tantum illas quae consuetudo est de nostro Palatio. Si quis autem hanc nostram constitutionem corrumpere voluerit, aut in talibus supradictis factis se implicare praesumpserit, supra quem culpa declarata fuerit, componat in Palatio nostro auri obrici libras quinque et qui non habuerit quae componat amittat vitam, aut membra, et omnia sua in publico redigantur. Et insuper nos Bonus patriarcha cum nostris confratribus, et Episcopis ita statuimus quia homo ille qui hoc fecerit, aut consensum faciendo praebuerit, excepta Palatii causa, erit anatematizatus, et alienus a corpore et sanguine Domini, et ab ingressu ecclesiae separatus, nec non, et cum impiissimo Juda traditore Dñi Nñi Jesu Christi aeternum incendium concrematur, et suam numquam sit meritis adimplere voluntatem. — Ego Petrus Dux m. m. scripsi. — Ego Bonus immeritus sanctae Gradensis ecclesiae patriarcha. — Ego Petrus indignus episcopus S. Olivolensis Ecclesiae. — Ego Joannes Torcellensis ecclesiae episcopus. — Ego Ursus Bragadino. — Ego Stephanus Candiano. — Ego Joannes Gradonicus — Signum manus Natalini Sgandarii. — Ego Joannes Maurenus. — Ego Aurius. — Ego Petrus Maurocenus. — Ego Petrus Anticar. — Ego Petrus Bragadinus. — Signum manus Chrisantidis Mauroceni. — Ego Ursus. — Ego Stephanus Caloprino. — Ego Petrus Gradi episcopus. — Ego Laurentinus Calpinus. — Signum manus Stephani filii boni Petri Candiani Ducis. — Signum manus Jo. Scutarij. — Signum manus Leonis Petrilongi. — Ego Dominicus Petrolongus. — Ego Petrus Badovarius. — Ego Petrus Contarenus. — Ego Joannes Contarenus. — Ego Dominicus Bragadinus. — Ego Dominicus Calpinomo. — Ego Laurentius. — Ego Joannes Albani. — Ego Martinus Theodorus. — Ego Petrus Urseolus. — Ego Joannes Fabianus. —